



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

124 Vocula tantu[m] negationi sæpius no[m] addita sedintellecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Comment. in c. cum vniuersorum. de rer. perm. 77

infrequens est Ic. ea loquēdi phrasī, immò familiaris & frequens eaque perelegans, vt videlicet vocula *tantum* seu *solum* seu *dumtaxat* subaudiatur & intelligatur, vtpote negationi plerumque non addita vbi tamen additam censeret ipsa postulat; quemadmodum variis exemplis ostēdunt Antonius Augustinus Emendationum & Opinionum suarum l. 2. c. 1. §. maximè verò omnium vtile est. & Gilbertus Regius Noserenus priore suo libello ἐναγριοφαιών c. 7. ac rursus libello 2. c. 10. vbi hūc locū Pauli sigillatim tangit cōtra sui Præceptoris Petri Lorioti sententiā, requirentis vtrinque rem fuisse traditā priusquā ex permutatione nascatur obligatio. quod est à verò remotissimū, quoad eum qui impleuit, vt cui mox ab impletione cōpetat ex obligatione cōtractus permutationis actio, & quidē ex pluribus actionibus optio, nimirū vel præscriptis verbis ad implendā permutationē vel (si pœniteat) condictio causa dati causa nō secuta.

Neque tamen inficior equidem quin gratiam quoque contineat hoc nostrū capitulum (gratiæ nempe fuit non priuasse suis beneficiis hosce permutantes non omninò simoniaca labe carentes vt paulò pōst clariùs ostendetur) sed gratia semel interueniente vel etiam seposita gratia si videlicet legitimè seu canonicè facta fuisset permutatio, ius hic merū quoque statuitur de beneficij ex permutationis causa resignati recuperatione si alter quoque comperuit vicissim non impleuerit permutationē. Est itaque vera in cap. hoc nostro & gratia & ius.

Hac

124

Vocula tantum negationi sapientius non addita sed intellecta.

125

Obligatio ex permutatione quando nascatur.

126

Et gratiam & ius hoc nostro capit. contineri.